



## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Ab Alexandro VII. Ad Clementem X.

**Luxemburgi, MDCCXLII.**

XIX. Declaratur, Statutum Alexandri VII. & Clementis IX. circa  
Reformationem Ordinis Cisterciensis, non afficere, nec obligare Monasteria  
dicti Ordinis, in quibus Monachi perpetuam stabilitatem ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74833](#)

quibus quomodolibet innodatae existunt ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, omnes, & singulos memorati Montis ex quacumque causa debitores praesentes, & futuros cuiuscumque status, gradus, ordinis, conditionis, preeminentiae, & dignitatis, ac etiam Ecclesiæ, Monasteria, Conventus, Collegia, Hospitalia, Archihospitalia, Confraternitates, Archiconfraternitates, & alia loca pia quacumque etiam specifica, & individua mentione, & expressione digna existant, ad satisfaciendum eidem Monti de eorum debitis respectivè efficaciter obligari, ac obligatos, & obligatas existere, & fore in omnibus, & per omnia perinde, ac si ab eorum singulis Cameralis obligatio ad favorem ipsius Montis facta fuisset, auctoritate Apostolica tenore praesentium statuimus & ordinamus.

Decretum irritans,

Clavisula sublata.

Contraireis derogat.

Transfum-  
ptorum fir-  
des.Dat. P. An. I.  
die 3. Oct.

XIX.

§. 3. Decernentes easdem praesentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac dicto Monti, illiusque Provisoriis, & Deputatis, aliquisque Officialibus, & Ministris in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab illis ad quos spectat, & pro tempore quacumque spectabit, inviolabiliter observari.

§. 4. Sicque & non aliter in premissis per quocumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici, & Curia Cameræ Apostolica Generalem Auditorem, necnon Vicarium, Gubernatorem, & Senatorem dicta Urbis, ac Sanctæ Romanae Ecclesiæ Camerarium, & alios Cardinales etiam de Lateri Legatos, dictaque Cameræ Praesidentes, Clericos, Thesaurarium Generale, & alios Officiales, & Ministros, nunc & pro tempore quandocumque existentes, sublata eis, & eorum cuiuslibet quavis alteri judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & diffiniri debere; ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus quatenus opus sit nostra, & Cancelleria Apostolica regula de Jure quasit non tollendo, aliquisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dicta Urbis, alius qui quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, eorumque reformationibus, & novis additionibus, stylis, usibus, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium prmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum infertis habentes, illis alias in suo robore permanens ad prmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contraireis quibuscumque.

§. 6. Volumus autem ut earundem praesentium litterarum transumptris, seu exemplis etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscripbris, & figillo personæ in Ecclesiastica dignitate constituta munitis, eadem pro rursus fides in Judicio, & extra adhibeatur, quæ praesentibus adhibetur, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Roma apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 3. Octobris 1670. Pontificatus Nostri Anno primo.

Declaratur, Statutum Alexandri VII. & Clementis IX. circa Reformationem Ordinis Cisterciensis, non afficere, nec obligare Monasteria dicti Ordinis, in quibus Monachi perpetuam stabilitatem promittunt.

*Quid statuerit Alexander VII. habes supra Constit. III. Nuper, & Constit. II. Alijs, ubi ad materiam Reformationis hujusmodi videre poteris.*

Ad futuram rei memoriam.

Edita An. D.  
1670.Tenor Bre-  
vis Alex. VII.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Abbates Monasteriorum Germania, Polonia, Helvetia, Belgia, Patriæ Leodiensis, & Hispania Ordinis Cisterciensis, quod alias postquam fel. rec. Alexander Papa VII. Praedecessor noster per suas super Reformatione Generali dicti Ordinis, die 19. Aprilis 1666, in simili forma Brevis expedita litteras inter alia statuerat, & ordinaverat, ut in singulis Provinciis universi Ordinis hujusmodi, etiam extra Galliam, designarentur duo Monasteria communis observantia, unum scilicet pro Novitiatu, & alterum pro Professorio seu secundo Novitiatu, una cum Magistris pro educandis Novitiis, & noviter Professis, & cum familia selecta.

§. 2. Rec. mem. Clemens Papa IX. etiam Praedecessor noster per quasdam suas itidem in forma Brevis, die 20. Decembri 1667. emanatas litteras ipsis Abbatibus Exponentibus concessit, ut proprios Novitios educare possent in illis dumtaxat Monasteriis in quibus viginti quinque Religiosi existerent.

§. 3. Cum autem sicut eadem expositio subjungetur, hac dispositio tam Abbates præfatos, qui minorem Religiosorum numerum habent, quam Novitios, qui stabilitatem in illis minoribus Monasteriis servant, multum gravet; Abbates quidem quippe qui proprios quos per professionem suis Monasteriis incorporare, & cum quibus usque ad mortem vivere debent, probare, eorumque mores, inclinationes, & defectus, si alibi educarentur explorare nequirent; Novitios vero, utpote qui incommoda locorum, aëris, & onerum personalium illorum parvorum Monasteriorum, in quibus perpetuò stabilitatis voto adstrici, absque spe commutationis, seu translationis ad alia Monasteria, permanere tenentur, experiri non possent. Accedit quod pleraque ex præfatis Monasteriis, vel ex fundatione, vel ob bellorum, & temporum injurias, nonni duodecim Religiosos sustentare possunt, in quibus tamen juxta primavas Ordinis præfati Constitutiones, & usum tam in Choro, quam extra Chorum vigint observantia, quibus satisfieri non posset sine subsidio Novitiorum, qui ab Ordinis primordio, etiam si familæ numerum duodenarium non excedent in hujusmodi Monasteriis educari, & probari soliti fuerunt, Nobis propterea Abbates prædicti humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in premissis opportunè providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 4. Nos igitur ipsos Abbates specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singularem personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliquisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penitentiis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latissima, si quibus quomodolibet innodatae existunt ad effectum praesentium dumtaxat consequent. harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, supra expressum Statutum, seu Ordinationem dicti Alexandri Praedecessoris non afficere, nec obligare Monasteria Ordinis præfati, in quibus Monachi perpetuam promittunt stabilitatem, auctoritate Apostolica tenore praesentium declaramus.

§. 5. Decernentes easdem praesentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari: Sicque in premissis per quocumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici

Declara-  
tio in rubrica.Clavisula  
præservativa.

ANNO  
1670.Derogatio  
Concessio-  
rum.Transum-  
porum fi-  
des.Dat. P. An. 1.  
die 3. Oct.

X X.

Edita A. D.  
1670.

Proemium.

Nobiles,  
& Cives.Ipsum  
privilegium  
etiam habi-  
tum non de-  
ferant do-  
natur.

stolicis Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

**S. 6.** Non obstantibus præfati Alexandri, & Clementis Prædecessorum litteris, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

**S. 7.** Volumus autem, ut ipsarum præsentium litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo persona in Ecclesiastica dignitate constituta munitis, eadem prouersus fides adhibeatur qua ipsi præsentibus adhibetur, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 3. Octobris 1670. Pontificatus Nostri Anno primo.

Concessio Privilegiorum pro suis Cappellani communibus.

*Similia privilegia concessit Innoc. X. Constitut. 27.  
& Clemens IX. Constitut. 25. Grata.*

## C L E M E N S P A P A X.

*Ad futuram rei memoriam.*

**G**ratia familiaritatis obsequia, quæ dilecti filii Michaël Angelus Lualdus Romanus, Canonicus sacerdotalis, & Collegiaræ Ecclesiae S. Marci de Urbe, Paulus Brancodius Romanus, Barnabas Berardus Reatin. Carolus Jacobellus Venerulan. Vincentius Dinus Civitas Castelli, & Philippus Baldassius Aesin. respectivè Civitatum, vel Diocesum Presbyteri, moderni Capellæ nostræ Pontificia Cappellani, familiares nostri, Nobis, & Apostolicæ Sedi hactenus impenderunt, & adhuc sollicitis studiis impendere non desistunt, necnon vita, ac morum honestas, aliaque laudabilia probatissimæ, & virtutum n'erita, quibus eorum personas tam familiari experientia, quam etiam fide dignorum testimonii juvari, perceperimus, Nos inducunt, ut illis reddamus ad gratiam liberales.

**J. 1.** Hinc est, quod Nos volentes illos specialibus favoribus, & gratiis prosequi, eosque à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latiss. si quibus quomodolibet innovati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutorum fore censentes, Motu proprio, non ad supradictorum Michaëlis Angeli, Pauli, Barnabæ, Caroli, Vincentii, & Philippi, vel alicujus ipsorum, aut aliorum pro eis nobis super hoc oblate petitionis instantiam, sed de mera nostra deliberatione, ac certa scientia Apostolica auctoritate tenore præsentium Michaëlem Angelum, Paulum, Barnabam, Carolum, Vincentium, & Philippum prædictos, & illorum singulos in nostros, & Sedis Apostolica Notarios recipimus, ac Sacri Palatii, & Aula Lateranen. Comites, (sive tamen dilectorum filiorum Notariorum de numero participantium præjudicio,) necnon Nobiles Romanos, & Urbis Romæ, omniumque, & singularum aliarum Civitatum, Terrarum, & locorum Sanctæ Romanæ Ecclesie mediæ, vel immediatæ subjectorum Cives creamus, & constituimus, ac in numerum, & consortium aliorum nostrorum, & ejusdem Sedis Notariorum, necnon Palatii, & Aula Comitum, ac Nobilium Romanorum, aliorumque Civium Civitatum, & Oppidorum prædicatorum referimus, & conscribimus.

**J. 2.** Ipsique etiam si habitum, & Rocchettum Notariorum dictæ Sedis juxta decretum Lateranen. Concilii novissime celebrati non deferant, aut Ci-

vitates hujusmodi non incoluerint, nec unquam in eisdem Civitatibus domicilium habuerint, ut omnibus, & quibuscumque privilegiis, & facultatibus, exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, favoribus, gratiis, & indultis, quibus ceteri omnes Notarii nostri, etiam de numero participantium, necnon Comites, & Nobiles, ac Cives originarii, etiam in dignitate, & beneficiorum Ecclesiasticorum, & sacerdotalium, etiam ex personis Romanorum originariorum vacantium, assecutione, & exercitio tam in Urbe, quam Civitatibus predictis, ac alias ubique locorum, & gentium, necnon festorum, & conventuum utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, non solum ad illorum instar, sed pariformiter, & æque principaliter, ac si privilegia, facultates, exemptiones, gratiæ, & indulta pro ipsis emanassen, (citra tamen exemptiones à Concilio Tridentino sublatas, ita ut nedum quoad criminalia, sed etiam quoad civilia subjaceant Ordinariis, ac circa facultates legitimandi, ad gradus promovendi, ac Notarios, seu Tabelliones creandi, aliaque hujusmodi privilegia à Notariis Sedis Apostolicæ, & Comitibus Palatinis praetensa, ita ut illis supramemorati Cappellani familiares nostri nullibi uti valeant, ac irritum, & inane existat, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari) uti, potiri, & gaudere, ac in omnibus, & singulis Apostolicis, aliisque literis, instrumentis, & scripturis publicis, & privatis deinceps eorum nomine conficiendis se ferent Notarios, Comites, & Nobiles, ac de nobili genere ex utroque parente procreatos, necnon Romanæ, & aliarum Civitatum Cives, ut libuerit inscribere, & se illis subscrivere valeant, ac pro veris, & non fictis Notariis, Comitibus, Nobilebus, & Civibus habeantur, nihilque qualemcumque illud fuerit, cum iis expressionibus subreptum, obreptum, aut invalidum, sed illud idem efficax in omnibus, & per omnia censeatur, concedimus, & indulgemus.

**J. 3.** Et insuper illos eorumque beneficia, & officia Ecclesiastica quæcumque, quotcumque, & qualiacumque illorum fructus, res, & jura ubique locorum, Regionum, & Provinciarum, necnon in Urbe, Civitatibus, Terris, & locis eidem Romane Ecclesiae mediæ, vel immediatæ subjectis consistentiæ, prædia, domos, possessio-nes, & bona patrimonialia, aliaque temporalia mobilia, & immobilia, & se moventia, necnon actiones, & jura præsentia, & futura, cujuscumque qualitatibus, quantitatibus, & naturæ, & cuiusvis, etiam anni valoris, fructus, redditus, & proveni. hujusmodi sint, vel fuerint, ac etiam quæcumque ab illis vendenda, ac pro illorum, familiariumque suarum usibus emenda ab omnibus, & quibuscumque decimis, quartis, & dimidiis partibus, subdiisi, etiam charitativis, necnon vestigalibus, portoriis, tributis, datis, pedagiis, collectis, & quo- cumque alio nomine nuncupatis, angariis, parangariis, ceterisque oneribus, & contributionibus, tam urbanis, quam rusticis ordinariis, & extraordi-nariis, realibus, personalibus, & mixtis, etiam ratione munitionum monium, & pontium, portarum, & moliaturarum, & mercium cujuscumque generis, transitus, seu passus, & vectura, etiam in aliud territorium, seu Provinciam, terra, mari, & flumine, necnon equorum mortuorum, stabulatio-num militum, institutionis Seminarii Ecclesiastici, aut quacumque alia quantumvis gravi, & gravissima causa (pro subventione contra Infideles dumtaxat excepta) nunc, & pro tempore impositis, ita quod illi, & quilibet eorum nihil omnino horum, aut aliorum similium subire teneantur, nec per Camerae Apostolicæ, aut alios Commissarios, seu vestigalium, & tributorum hujusmodi redemptores, conductores, & exactores, quocumque privilegio, exemptione, & facul-

Exemptio  
à Decimis,  
& alii impo-  
sitionibus.